

ECKBERTVS CAMERARIVS DALBURGIUS.



Eckbertus ille ex nobili Camerariorum familiæ Vuormatiæ natus et educatus fuit. Hic in iuuentute sua Cæsarum castra secessus, magnam fortitudinis & pietatis laudem adeptus est. Cum autem Richildin uxorem duxisset, atque huius mundi uaniatem consideraret, uxoris consensu omnia bona sua uendidit, atque magna pecunia collecta duo monasteria in itinere inter Spiram & Vuormatiam, Franckenthal dicta, ædificauit, atque honestis redditionibus exornauit. In altero eorum ipse (alijs fratribus assumptis) Præpositum egit, in altero uero uxorem monialium constituit Priorissam. Ibi uterque uite innocentia & sanctimonia clarus, ad mortem usque egregie perleuerarunt, atque in eo loco sepulti magnam opinionem sanctitatis adepti sunt. Monst. lib. 3. Cosmograph.